

THE SARUM RITE
Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome B.
Fasciculus 12.
Pagine 515-532.

Proprium de tempore.
In octava sancti Stephani.
In octava sancti Johannis.
In octava sanctorum innocentium.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMVIII.

The Sarum Rite is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

The Sarum Rite is distributed over the internet through .pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published July 1 2008.
Revised October 2011, July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2008.

¶ *In octava sancti Stephani.*

Ad matutinas.

Invitatorium, hymni, antiphone et psalmi sicut in prima die dicuntur. 341.

℣. Glória et honóre coronásti eum Dómine. [687].

¶ *Beati Maximi episcopi.*

*Lectio prima.*¹

Consideráte attentius dilectí-
simi fratres : cum beátus
martir Stéphanus Dóminum
nostrum Jesum Christum ad dex-
teram Dei Patris stare vidisset : cur se
filium hóminis vidisse² testátus est :
et non pótius Fílium Dei : cum

útiq̄ue plus honóris Dómino
delatúrus viderétur : si se Dei pótius
quam hóminis Fílium vidére dixisset.
Sed certa rátio postulábat : ut hoc ita
et ostenderétur in celo : et
predicarétur in mundo.

Si dominica fuerit : dividantur iste tres lectiones in sex : hoc modo.


Si dominica fuerit : lectio ij.


Mne enim Judeórum scánda-
lum in hoc erat : cur Dóminus
noster Jesus Christus qui secúndum
carnem est Fílius hóminis esse étiam
Fílius Dei dicerétur. Ideo ergo
pulchre scriptúra divína Fílium hó-
minis ad dexteram Dei Patris stare

memorávit : ut ad confundéndam Ju-
deórum incredulitátem ille ostende-
rétur mártiri in celo : qui a pérfidis
Judéis negabátur in mundo. Et illi
testimónium celéstis véritas daret :
cui fidem terréna impietas derogáret.

AS:80; 1519:96r; 1531:48r.³

1. Resp.
VIII.

7704. 



Tépha-nus * servus De- i quem la- pi-dá- bant

In octava sancti Stephani.

Ju- dé- i vi- dit ce- los a-pér- tos : vi-dit et
 intro- í- vit. †Be- á-tus ho- mo cu- i ce- li
 pa- té- bunt. ✠. Stépha-nus vi-dit ce-los a-
 pér- tos : vi-dit et intro- í- vit. †Be- á-tus.

7702a.

Lectio secunda. [sive iij.]

SI quid autem distare inter mártýres potest, precípius vidétur esse qui primus est. Nam cum sanctus Stéphanus ab apóstolis dyáconus ordinátus sit, apóstolos ipsos beáta ac triumpháli morte precéssit, ac sic qui erat inférior

órdine, primus factus est passióne. Mortem enim quam Salvátor dignátus est pro ómnibus pati : hanc ille primus réddidit Salvatóri. Vidéte enim dilectíssimi fratres afféctum beáti viri : vidéte magnam et admirábilem charitátem.

Si dominica fuerit. Lectio quarta.

IN persecutióne pósito erat et pro persecutóribus supplicábat : atque in illa lápidum ruína quando álius oblivisci póterat étiam charíssimos suos : ille Dómino commendábat inimícos. Quid enim dicébat cum lapidarétur ? Dómine (inquit) ne státuas illis hoc peccátum. Plus

ítaque tunc dolébat illórum peccáta : quam sua vúlnera. Plus illórum impietátem : quam suam mortem. Et recte plus. In illórum quippe iniquitáte erant multa que póterant plangi : in illíus autem morte non erat quod debuísset doléri.

R. Lapidábant. *v.* 353.

Lectio tertia. [sive v.]

IMitémur ergo in áliquo, dilectíssimi fratres, tanti magístri fidem : tam preclári mártiris charitátem. Diligámus nos hoc in ecclésia fratres nostros ánimo : quo ille tunc diléxit inimícos suos. Sed quod pejus est, aliquótiens non solum inimícos non dilígimus : sed nec amícis

quidem fidem íntegram custódimus. Sed dicit áliquis : Non possum dilígere inimícum meum : quem quotidie velut hostem crudélem pátiór. O quicúnque ille es : atténdis quid tibi fécerit homo : et non considéras quid tu féceris Deo.

¶ *Si dominica fuerit. Lectio sexta.*

CUm enim tu multum gravióra in Deum peccáta commiseris : quare non dimíttis hómini parvum : ut tibi Deus dignétur dimítere multum ? Récole quid tibi in Evangélio Véritas ipsa promiserit : et quam tibi quodámodo cautiónem fécerit : vel quale tecum pactum iníerit. Si enim (inquit) dimiseritis homínibus peccáta eórum : dimíttet et vobis Pater vester celéstis peccáta vestra. Vidétis fratres quia cum Dei grátia in potestáte

nostra pósito est : quáliter a Dómino judicémur. Si (inquit) dimiseritis : dimittétur vobis. Móneo ergo vos fratres ut in malis homínibus medicórum vicem ágere studeátis : et non ipsos hómines sed ipsórum malíciam ódio habeátis. Pro bonis oráte ut semper ad melióra conscéndant : pro malis, ut cito ad emendatiónem vite per peniténtie laménta confúgiant. Tu.

R. Lápidés torréntes. *vj.* 355.

Si vero dominica fuerit : [tunc]⁴ erit secundum R. Vidébant omnes. 346. *et tertium R.* Impetum fecérunt. 347.

Ps. Te Deum. [41].

[*Ante laudes.*]

V. Posuísti Dómine. [694].

[*Tunc si dominica fuerit versiculum Ora pro nobis.* 486.]⁵

In laudibus.

Hec sola ant. Lapidaverunt. 362.

Ps. Dóminus regnávít. (xcij.) [45]. [Éc.]

Capitulum, hymnus, versus et antiphona super ps. Benedictus. cum oratione sicut in prima die. 364.

Memoria de sancto Johanne.

Ubi processio de eo prius facta fuerit, cum hac antiphona Supra pectus. 378. *Ubi vero non : tunc dicitur antiphona* Quasi unus. 378.

Ÿ. Valde honorándus. 372.

Oratio. Ecclésiam tuam. 372.

Memoria de innocentibus.

Ubi processio puerorum facta fuerit, cum hac antiphona A bimátu. 431. *Ubi vero non : tunc dicitur antiphona* Vox in Rama. 431.

Ÿ. Mirábilis Deus. [192].

Oratio. Deus cujus hodiérna.⁶ 406.

Memoria de sancto Thoma.

Ubi processio de eo prius facta fuerit, cum hac antiphona Aqua Thome. 463. *Ubi vero non : tunc dicitur antiphona* Ad Thome. 463.

Ÿ. Ora pro nobis. 486.

Oratio. Deus pro cujus ecclésia. 440.

Memoria de sancta Maria.

Cum hac antiphona Ecce María. [187].

Ÿ. Post partum. [188].

Oratio. Deus qui salútis. [189].

Ab hac [etiam]⁷ die usque ad purificationem [beate Marie]⁸ quotidie fiant memorie de sancta Maria de quocunque fiat servitium tam ad vespervas quam ad matutinas, nisi in vigilia epyphanie, et in die⁹ ejusdem.

In festis novem lectionum, et in octavis, et infra octavas, quando chorus regitur, et in dominicis ad utrasque vespervas, cum hac antiphona Quando natus. [187]. *Ÿ.* Speci-

ósus forma. [189]. *Oratio.* Deus qui salútis. [189]. *Ad matutinas vero cum hac antiphona* Ecce María. [187]. *℟.* Post partum. [188]. [*Oratio* Deus qui salútis.]¹⁰

*In feriis vero et in festis iij. lectionum sine regimine chori ad vespervas [cum hac]*¹¹ *ant.* Rubum quem víderat. [188]. *℟.* Speciósus forma. [189]. *Oratio.* Deus qui salútis. [189]. *Ad matutinas [cum hac]*¹² *ant.* Germinávit. [188]. *℟.* Post partum.¹³ [188]. *Oratio ut supra.* [Deus qui salútis.]¹⁴

¶ *Quod si octava sancti Stephani in dominica evenerit fiant ix. lectiones de sancto Stephano videlicet sex de tribus lectionibus supra notatis de octava et tres ultime lectiones de expositione evangelii sicut in prima die. Responsoria, vero propria que habentur de octava primo loco : id est in primo nocturno cantentur : debinc hystoria diei suo ordine dicatur. Ad laudes vero omnes antiphone dicantur, et cetera sicut in die.*¹⁵

Similiter fiat de sancto Johanne, et de innocentibus.

Sciendum est autem quod quando octava sancti Johannis in dominica evenerit, vespere in sabbato precedenti de sancto Stephano erunt : et memoria de sancto Johanne cum hac antiphona Valde honorándus. 372. *℟.* In omnem terram. [651]. *Oratio.* Ecclésiám tuam. 372.

Similiter quando octava sanctorum innocentium in dominica evenerit, vespere in sabbato precedenti erunt de sancto Johanne, et memoria de innocentibus cum hac antiphona Innocétes pro Christo. 410. *℟.* Letámini in Dómino. [195]. *Oratio.* Deus cujus hodiérna die. 406.

¶ *Hic primum fiant matutine de sancta Maria in conventu : ut plene notatur post commune sanctorum, et ibi require omnia de sancta Maria.*¹⁶ [478].

[*Ad primam.*]

¶ *Ad j. de sancto Stephano sive dominica fuerit sive non.*

Ant. Lapidavérunt. 362.

Ps. Deus in nómine. (*liij.*) [95].

Ant. Te jure. [99].

Ps. Quicúnque vult. [100].

¶ *Ad tertiam et ad alias horas antiphone, psalmi, capitula Responsoria et versus sicut in die sancti Stephani dicantur sive dominica fuerit sive non, cum oratione de prima die.*

Ad [ij.]¹⁷ vesp̄eras.

[*In octavis sancti Stephani que de ipso erunt :*]¹⁸

Ant. Tecum princípium. 328.

Ps. Dixit Dóminus. (cix.) [311]. [*Éc.*]

Capitulum Éc. [omnia]¹⁹ sicut in prima die dicantur : preter responsorium quod non dicitur. 368.

Memoria de sancto Johanne.

[*Sive de eo facta fuerit processio sive non.*]²⁰

Ant. Valde honorándus. 372.

Ÿ. In omnem terram. [651].

Oratio. Ecclésiam tuam. 372.

Memoria de innocentibus.

Ubi processio puerorum facta fuerit : cum hac antiphona Vox in Rama. 431. *Ubi vero non : tunc dicatur antiphona* Sub throno. 431.

Ÿ. Letámini in Dómino. [195].

Oratio. Deus cujus hodiérna die.²¹ 406.

Memoria de sancto Thoma.

Ubi processio prius de eo facta fuerit : cum hac antiphona Ad Thome. 463. *Ubi vero processio facta non fuerit dicitur antiphona* Tu per Thome. 464.

Ÿ. Ora pro nobis. 486.

Oratio. Deus pro cujus ecclésia. 440.

Memoria de sancta Maria.

Sive dominica fuerit sive non : cum hac antiphona Quando natus es. 510.

Ÿ. Speciósus forma. [189].

Oratio. Deus qui salútis. [189].²²

In octava sancti Johannis apostoli.

Ad matutinas.

Invitatorium, hymnus, antiphone et psalmi sicut in prima die dicantur.²³ 375.

℟. In omnem terram exiit sonus eorum. [651].

Lectio j.

Cum post Domiciáni óbitum beátus Johánnes de Pathmos ínsula Ephesum redíret : rogabátur vicínas lustráre provincias quo vel ecclésias fundáret in quibus non erant locis, vel in quibus erant : sacerdotibus ac ministris instrúeret : secúndum quod ei de unoquóque Spiritussánctus indicásset. Cum

ígitur venísset ad quandam urbem ómnibus ecclesiásticis solénniter adimplétis, vidit júvenem quendam [49r]. válidum córpore : sed et ánimo acrem nimis. Respiciénsque ad episcopum qui nuper fúerat ordinátus : hunc (inquit) tibi comméndo : sub testimónio Christi et totíus ecclésie.


Si dominica fuerit. Lectio ij.

Tunc ille júvenem suscípiens : omnem se adhibitúrum diligéntiam pollicétur. Post hec apóstolus Ephesum rédiit. Tunc vero présbiter in domum suam ado-


lescéntem suscepit commendátum : et cum omni diligéntia enútrit, amp-léctitur, ad últimum étiam baptísmi grátiam tradit. Tu autem [Dómine miserére nostri].²⁴

AS:81; 1519:101v; 1531:49r.²⁵

6819. 1. Resp. VIII.



Ic est * be-a-tíssimus e-vange-lísta et



a-pósto-lus Jo- hán- nes. †Qui pri- vi- lé-gi- o

amó- ris pre-cí- pu- i : cé- te- ris ál-ti- us

a Dó-mi-no mé- ru- it hono- rá- ri. *℣.* Hic

est discí-pu-lus il-le quem di-li-gé-bat Je- sus : qui su-

pra pectus e- jus in ce- na re- cú- bu- it. †Qui.

6819a.

Lectio secunda. [sive iij.]²⁶

Post hec jam velut confidens
 présbiter grátie qua júvenem
 commonúerat, paulo indulgéntius
 eum cepit habére. Sed ille ubi in
 matúra libertáte pósito est : continuo
 per equévos, quibus luxus et desídia
 cordi est corrúpte vie incédere

trámitem perdocétur. Post hec jam
 ad majóra flagítia júvenis pertráhitur :
 et dedignabátur jam de parvis sce-
 léribus cogitare. Dénique ipsos qui
 prius magístri fúerant discípu- los facit :
 et his cum omni crudelitate grassátur.
 Tu autem.

Si dominica fuerit. Lectio quarta.

Cum autem ad eándem urbem
 íterum venisset Johánes et
 cétera quorum grátia vénerat
 ordinásset : age (inquit) o epísco-
 pe depositum represénta : quod tibi ego
 et Christus commendávimus. At ille
 obstúpuit pecúniam putans a se

repósci : quam non accéperat. Quem
 Johánes errántem videns : júvenem
 inquit illum repéto a te et ánimam
 fratris. Tunc grávitè súspirans sénior :
 in láchrimis resolutus illi ait, Mórtuus
 est. Quómo- do (inquit) vel quali
 morte ? Deo (ait) mórtuus est, quia

péssimus et flagitiósus evásit. Quibus
audítis apóstolus contínuo vestem qua
indútus erat scindens : bonum te
inquit custódem fratris ánime

derelíqui. Sed jam parétur michi
equus : et dux itíneris. Et conféstim
ab ipsa ecclésia ascéndens concítus
properábat. Tu autem.

AS:81; 1519:101r; 1531:49r.²⁷

7486. 2. Resp. II.  

Uí ví-ce-rit * fá-ci- am il- lum co-lúmnam in reg-
no me- o, di-cit Dó-mi- nus. †Et scri- bam su-
per e- um no- men me- um et nomen ci-vi-tá-
7486b. tis no-ve Hie- rú- sa- lem. ✠ Vincén- ti da-bo é-
de-re de ligno vi- te : quod est in pa-ra-dí-so De- i
me- i. †Et scri- bam.

Lectio tertia. [sive v.]

EUm ergo beátus Johánnes
pervenísset ad locum : attinétur
ab his latrónibus qui custódias

observábant. Sed ille nusquam effú-
gere nitens, hac voce tantum pro-
clamábat, quia ad hoc ipsum veni :

addúcite michi príncipem vestrum. Qui cum veníret armátus éminus ágnito Johánne apóstolo pudóre actus : in fugam vértitur. Ille in equo post eum admisso conféstim inséquitur fugitántem : clamans, Quid fugis O fili patrem tuum : quid fugis inérmem senem ? Noli timére : habes adhuc

spem vite. Ego Christo ratióne reddam pro te. Certe et mortem pro te libénte excípam sicut et Christus excépit pro nobis : et pro tua ánima dabo ánimam meam. Sta tantum et crede michi : quia Christus me misit. At ille áudiens réstitit : et vultum demísit in terram.

Si dominica fuerit. Lectio vj.

Post hec arma projéctit. Tum deínde tremefáctus fleuit amaríssime. Et accedéntis ad se senis genibus provólvitur : gemítibus et ululátibus quibus póterat satisfáciens. Apóstolus vero se ei a Salvátore impetráturum véniam póllicens : ad ecclésiám révocat. Et indesinénte

pro eo oratióne profúndens : indulgéntiam a Deo quam ei póllicitus fúerat expetébat. Nec prius ábstitit quam eum in ómnibus emendátum ecclésiæ prefíceret : prebens per hoc magna exéempla vere peniténtie : et documéntum ingens nove regeneratiónis.

R. Appáruit caro suo. *V.* Cunque compléset. *vj.* 389.

Si dominica fuerit : tunc erit tertium Responsorium Iste est Johánes. 382.

Et deinceps tota hystoria dicatur sicut in prima die usque ad laudes.

[Tamen si dominica fuerit sive non semper dicatur]²⁸ Ps. Te Deum. [41].

[Ante laudes.]

V. Valde honorándus. 372.

In laudibus.

Hec sola antiphona. Hic est discípulus ille. 396.

Ps. Dóminus regnávít. (xcij.) [45]. [Éc.] sive dominica fuerit sive non.

Capitulum, hymnus, versus, antiphona super psalmum Benedictus. cum oratione sicut in [prima]²⁹ die dicantur. 397.

Memoria de innocentibus.

Ubi processio puerorum facta fuerit, cum hac antiphona Sub throno. 431. *Ubi vero non : tunc dicitur antiphona* Laudes reddant. 432.

℟. Mirábilis Deus. [192].

Oratio. Deus cujus hodiérna. 406.

Memoria de sancto Thoma.

[49v]. *Ubi processio de eo prius facta fuerit : cum hac antiphona* Tu per Thome. 464. *Ubi vero non : tunc dicitur antiphona* Summo sacerdotio. 446.

℟. Ora pro nobis. 486.

Oratio. Deus pro cujus ecclésia. 440.

Memoria de sancta Maria.

Sive dominica fuerit sive non : cum hac antiphona Ecce María. [187].

℟. Post partum. [188].

Oratio. Deus qui salútis. [189].

Ad j.

Ant. Hic est discipulus ille. 396.

Ps. Deus in nómine. (liij.) [95].

Ant. Te jure. [99].

Ps. Quicúnque. [100].

[*Ad alias horas.*]

Ad alias horas, antiphone, psalmi, capitula, responsoria et versus cum oratione sicut in prima die dicantur. 399.

Ad vespervas.

[*Vespere fiant de sancto Johanne.*]³⁰

Ant. Tecum princípium. 328.

Ps. Dixit Dóminus. (cix.) [311].

Antiphone, psalmi, capitulum, et cetera omnia sicut in [prima]³¹ die sancti Johannis [dicantur ad secundas vespervas]³² 402. preter responsorium quod non dicitur.

Memoria de innocentibus.

[*Sive de eis processio facta fuerit sive non.*]³³

Ant. Innocentes. 410.

℟. Letámini. [195].

Oratio. Deus cujus hodierna die. 406.

Memoria de sancto Thoma.

Ubi processio de eo [prius]³⁴ facta fuerit : cum hac antiphona Summo sacerdote. 446.

Ubi vero non : tunc dicitur antiphona Monachus sub. 446.

℟. Ora pro nobis. 486.

Oratio. Deus pro cujus ecclesia. 440.

Memoria de sancta Maria.

Sive dominica fuerit sive non : cum hac antiphona Quando natus. [187].

℟. Speciosus forma. [189].

Oratio. Deus qui salutis. [189].

¶ *In octava sanctorum innocentium.*

Ad matutinas.

Invitatorium, hymnus, antiphone et psalmi, sicut in prima die dicantur. 413. *℣.*
Letámini in Dómino. [195].

*Lectio prima.*³⁵

Hodie fratres charíssimi natálem illórum infántium cólimus quos ab Heróde crudelíssimo rege interféctos esse Evangélii textus elóquitur. Et ideo cum summa exultatióne gáudeat terra nostra : celéstium mílitum et tantárum parens fecúnda virtútum. Ecce prophánu


nunquam beátis párvulis tantum prodésse potuísset obséquio : quantum prófuit ódio. Nam sicut sacratíssima presentis diéi festa maníféstant, quanta contra beátos párvulos iníquitas abundávit : tanta in eis grátia benedictiónis effúlsit.

Si dominica fuerit. Lectio secunda.


Beáta es o Bétlehem terra Juda : que Heródis regis immanitátem in puerórum extinctiÓne perpéssa es : que sub uno témpore candidátam plebem imbéllis infántie Deo offérre meruísti. Digne tamen natále illórum

infántium³⁶ cólimus, quos beátius etérne vite munus édedit, quam quos maternórum víscerum partus effúdit. Síquidem ante vite perpétue adépti sunt dignitátem : quam usum presentis accíperent.

AS:82; 1519:102v; 1531:49v.³⁷

6266. 1. Resp. I. 

Antá-bant * sanc- ti cánti-cum no- vum ante



se-dem De- i et Ag- ni. †Et re- so-ná- bat ter- ra

6266a.

in vo- ces il- ló- rum. *℣*. Sub throno De- i om-
 nes sancti cla- mant : víndi- ca sán- guí- nem no- strum, De- us
 nos- ter. †Et.

Lectio secunda. [sive iij.]

Aliórum quidem preciosa mors mártýrum laudem in confessióne proméruit : horum in consummatióne complácuít : quia incipiéntis vite primórdiis ipse eis occásus inítium glórie dedit qui présentis términum impósuit : quos Heródis impietas lacténtes matrum ubéribus abstráxit. Qui jure dicúntur mártýrum flores quos in médio frigóre infidelitátis

exórtos, velut primas erumpéntes ecclésie gemmas quedam persecutiónis³⁸ pruína decóxit. Et ideo dignum est interféctis pro Christo infántibus honóris impéndere ceremonias non dolóris : et sacraméntis dare vota non láchrimis, quia ipse illis fuit causa pene : qui éxtitit et coróne, ipse ódii causa : qui prémii.

Sive dominica fuerit sive non [semper erit]³⁹ ij. ℞. Sub throno. 417.

Lectio iij. [sive iv.]

Paránte autem Heródo párvulis necem : Joseph per ángelum monétur ut Christum Dóminum in Egýptum transférat. Egýptus idólis erat plena. Nam post idolórum persecutióne[m] et ad occidéndum Christum propháne plebis assénsus :

Christus ad gentes idólis déditas transíre dignátur : et Judéam relínquens ignoránti século coléndus infértur. Et quia in Scriptúris divinis fratres charíssimi bonos et justos viros persecutióne[m] malórum semper sustinúisse cognóscimus : si diligénter

considerámus invénimus illos majóra
supplícia sustinére qui fáciunt : quam

qui sustinére vidéntur.

Si dominica non fuerit : sit tertium R̄. Centum quadragínta. 403.

*Si vero dominica fuerit : tunc erit iij. R̄. Dignus a dignis. 419. Et fiant quattuor
lectiones de istis tribus precedentibus et pro quinta et sexta dicantur due lectiones
sequentes.*

*Lectio quinta.*⁴⁰

QMnis homo qui álium in
cópore perséquitur : prius ipse
in corde persecutióem sustinére
cognóscitur. Nam si étiam illi quem
perséquitur áliquid de substántia sua
túlerit : majus sibi ipse dispéndium
facit : quia nemo habet injústum
lucrum sine justo damno. Ubi
lucrum : ibi et damnum. Lucrum in
archa, damnum in consciéntia. Tollit

vestem : et perdit fidem. Acquirit
pecúniam : et perdit justítiam. Sed
hoc hómines ídeo fáciunt : quia diem
novíssimam atténdere nolunt. Si
enim diem mortis sue cogitáre júgiter [50r].
vellent : ánimos suos ab omni
cupiditáte et malícia cohíberent. Sed
quod modo nolunt salúbriter cogitáre
: necesse habent póstea sine ullo
remédio sustínere.

Lectio sexta.

Veniet enim fratres dies novís-
simus, dies véniet judícii quando
eis nec peniténtiam licébit ágere, nec
bonis opéribus se ab etérna morte
potérunt redímere. Qui percútitur
étiam hac animadversióne percútitur,
ut móriens obliviscátur sui qui dum
viveret oblítus est Dei. Véniet dies
judícii quando movebúntur funda-
ménta móntium : et ardébit terra

usque ad íferos deórsum : quando
celi ardéntes solvéntur : quando sol
obscurábitur et luna non dabit lumen
suum, quando stelle cadent de celo :
quando peccatóres et ípii mitténtur
in stagnum ignis. Et fumus
tormentórum illórum ascéndet in
sécula seculórum : ubi erit fletus et
stridor déntium.

Tres ultime lectiones si dominica fuerit : erunt sicut in prima die.

*Deinde dicatur tota hystoria usque ad laudes sicut in prima die : dicatur ps. Te
Deum. [41]. R̄. Justi [autem]⁴¹ in perpétuum. {591}.*

[*In laudibus.*]

In laudibus hec sola antiphona Heródes irátus. 430. *Ps.* Dóminus regnávít. (xcij.) [45]. [*Œc.*] *sive dominica fuerit sive non. Capitulum et cetera omnia sicut in prima die [dicantur].*⁴² 432.

Memoria de sancto Thoma.

Ubi processio de eo prius facta fuerit : cum hac antiphona Monáchus. 446. *ubi vero non : tunc dicatur ant.* Cultor agri. 446.

Œ. Ora pro nobis. 486.

Oratio. Deus pro cujus ecclésia. 440.

Memoria de sancta Maria.

Sive dominica fuerit, sive non cum hac ant. Ecce María. [187].

Œ. Post partum. [188].

Oratio. Deus qui salútis. [189].

Ad j.

Ant. Heródes irátus. 430.

Ps. Deus in nómine. (liij.) [95].

Ant. Te jure. [99].

Ps. Quicúnque. [100].

[*Ad alias horas.*]

*Ad iij. et ad alias horas antiphone, psalmi, capitula, Responsoria et versus, cum oratione, sicut in prima die [dicantur].*⁴³ 434.

Ad vespervas.

[*Vespere de innocentibus dicantur.*]⁴⁴

Ant. Tecum princípium. 328.

Ps. Dixit Dóminus. (cix.) [311]. [*Œc.*]

Capitulum et cetera [omnia]⁴⁵ sicut in prima die sanctorum innocentium dicuntur : preter responsum, quod non dicetur. 436.

Memoria de sancto Thoma.

[*Si de eo facta fuerit processo sive non.*]⁴⁶

Ant. Pastor cesus. 440.

Ÿ. Ora pro nobis.⁴⁷ 486.

Oratio. Deus pro cujus ecclésia. 440.

[*Memoria de sancto Edwardo.*]

Deinde fiat memoria de sancto Edwardo : rege et confessore.

Ant. Conféssor Dómini. [800].

Ÿ. Amávit eum Dóminus et ornávit eum. [800].

Oratio.

DEus qui unigénitum Fílium
tuum Dóminum nostrum
Jesum Christum gloriosíssimo regi
Edwárdo in forma visíbili demon-

strásti, tríbue quésumus, ut ejus
méritis et précibus ad etérnam ipsíus⁴⁸
Dómini nostri Jesu Christi visiónem
pertíngere mereámur.⁴⁹ Qui tecum.

[*Sequatur*]⁵⁰ *Memoria de sancta Maria.*

Ant. Quando natus. [1877].

Ÿ. Speciósus forma. [189].

Oratio. Deus qui salútis. [189].

Octava sanctorum innocentium.

de eis proces. facta fuerit siue nō. añ. Innocentes pro christo. versi.
 Letamini in dño. Oñ. Deus cuius hod. Mēoria de sc̄to thoma vbi
 proces. de eo prius facta fuerit cū hac añ. Sūmo sacerdotio. vbi vero
 nō tūc dicat añ. Monach⁹ sub. versi. Ora pro no. oñ. De⁹ p cui⁹ ec.
 Mēoñ. de sc̄ta maria siue dñica fuerit siue nō añ. Cū nat⁹ es. versi.
 Spectolus for. oñ. De⁹ q̄ la. ¶ In octa. sc̄toꝝ innocē. ad mat. inuit.
 Venite ado. ps. Venite. hy⁹. Sc̄toꝝ me. añ. Herodes vi. et alte añe
 que sequit cū suis pis dicat. vñ. Letamini. Lctō. j. Hodie fratres

8m.


Anta bant san cti cantant cum no um ante sedem
 dei et a gni. Et re sona bat ter ra in vo=
 ces il lo rum. v. Sub throno dei omnes sancti cla-

mant: vindica sanguinem nostrum de us no ster. Et re.
 Siue dñica fuerit siue non semp̄ erit sc̄dm x. Sub throno. si dñica
 nō fuerit sit terciū x. Centū quadraginta. Si vero dñica fuerit tūc
 erit terciū x. Dignus a dig. Deinde tota histo. vsq; ad laudes sicut
 in prima die dicatur. ps. Te deū versi. Iusti autē iper. In laudib⁹
 hec sola añ. siue dñica fuerit siue nō dicatur añ. Herodes irat⁹. ps.
 Dñs regnavit. cap. et cetera oia sicut in prima die dicatur. Mēoria
 de sc̄to thoma vbi proces. de eo pri⁹ facta fuerit cū hac añ. Monach⁹
 sub. vbi vero nō añ. Cultoꝝ agri. versi. Ora pro nobis. Oñ. Deus
 pro cui⁹. Mēoria de sc̄ta maria: siue dñica fuerit siue nō cū hac añ
 Ecce maria. versi. Post partum. oñ. Deus qui salu. ¶ Ad primā añ.
 Herodes iratus. ps. Deus in nomi. tuo añ. Te iure. ps. Quicūq;
 Ad alias hoꝝas añe et pi. cap. xia. versi. cū oñone sicut in prima die
 dicatur. Vespere de innocen. dicantur añ. Tecū p̄inci. ps. Dixit do.
 et cetera oia sicut in prima die p̄ter x. qđ nō dicetur. Mēo. de sc̄to
 thoma si de eo facta fuerit proces. siue non añ. Passoꝝ celus. versi.
 Gloꝝia et honoꝝe. oñ. Deus pro cuius Deinde fiat mēoria de sancto
 edvardo rege et cōfel. añ. Cōfelloꝝ do. versi. Amauit eū. Oratio.

[Antiphonale-1519:102v.]

Notes, pages 508-524.

- ¹ B. Maximi, Homilie de Sanctis : In Natali Stephani. *Op.* p. 224, Paris, 1671. [SB:ccxcv.]
- ² 'vidére', SB:ccxcv.
- ³ In PEN:28r. 'Beátus' is set AF.G.AC.
- ⁴ 1519:96r.
- ⁵ 1519:96r.
- ⁶ 1531:48v. has 'Deus qui hodiérna.'
- ⁷ 1519:96r.
- ⁸ 1519:96r.
- ⁹ 'festo', 1519:96r.
- ¹⁰ 1519:96r.
- ¹¹ 1519:96r.
- ¹² 1519:96r.
- ¹³ 'Ant. Post partum *Versus.* Germinavit.' 1531:48v. 1519:96r. indicates the correct order. Legendum, ut videtur, 'Ant. Germinavit. 504. *Versus,* Post partum.' ut in Psalterio. [187]. [SB:ccxcix.]
- ¹⁴ 1519:96r.
- ¹⁵ '¶ Ad laudes vero una sola ant. dicatur : cetera sicut in die. Similiter fiat de octava sancti Johannis, et de innocentibus.' 1519:96v.
- ¹⁶ At this point 1519:96v. includes the text of the Little Office of the Virgin.
- ¹⁷ 1519:101v.
- ¹⁸ 1519:101v.
- ¹⁹ 1519:101v.
- ²⁰ 1519:101v.
- ²¹ 1519:101v. has 'Deus qui hodiérna.'
- ²² At this point 1519:96v-101v. contains text, music and rubrics for the Full Office of the Virgin (Servitium plenum beate Marie). This material can be found in Fasciculus B-2, pages 129-139, and in Fascicule A-14, pages [XX] ff.
- ²³ 'ad matutinas invitatorium Adorémus regem apostolorum'. *Quod si in dominica non fuerit tunc dicatur iste cantus.* [Veníte, Tone IV.i. incipit] *Hymnus* Bina celéstis. *ant.* Jóhannes. *Ps.* Celi enárrant. *et alie cum suis pasalmis dicantur.*' 1519:101v.
- ²⁴ SB:ccci.
- ²⁵ In AS:81v. 'privilegio' is set CDC.CA.CD.DB.CDAB; 'áltius a Dómino' appears thus:



Notes.

SB:ccci has 'supra pectus Domini in cena'. 1531:49r. has 'supra pectus ejus in cena'. SB:cccii. includes ' [Gloria Patri. Qui privilegio.] ' here, which is not indicated in 1531:49r. In BL-52359:60r. 'céteris' is set FGACG.G.GAGE. In BL-52359:60r. 'céteris' is set FGACG.G.GAGE.

²⁶ SB:cccii.

²⁷ SB:ccciii. has 'templo,' not 'regno'. In BL-52359:60. 'meo' is set DFGFEFGFG.GF; 'Hierúsalem' is set F.FFGFGFE.DEFEF.ED; 'dabo édere' is set F.F GA.G.F.

²⁸ 1519:102r.

²⁹ 1519:102r.

³⁰ 1519:102r.

³¹ 1519:102r.

³² 1519:102r.

³³ 1519:102r.

³⁴ 1519:102r.

³⁵ Augustin. de Sanctis 10, ed. Benedict. Appendix. Sermo 220, Tom. v. col. 2914. Paris. [SB:ccciv].

³⁶ SB:cccvi. omits 'infántium'.

³⁷ In AS:82. 'ante' is set C.C. In BL-52359:60v. 'ante' is set D.D.

³⁸ 1531:49v. 'persecutiónes.'

³⁹ 1519:102v.

⁴⁰ Augustin. v. col. 2915. [SB:cccvii.]

⁴¹ 1519:102v.

⁴² 1519:102v.

⁴³ 1519:102v.

⁴⁴ 1519:102v.

⁴⁵ 1519:102v.

⁴⁶ 1519:102v.

⁴⁷ 'Glória et honóre', 1519:102v.

⁴⁸ 'éjusdem', 1519:103r.

⁴⁹ 'valeámus', 1519:103r.

⁵⁰ 1519:103r.